# Tabula inserenda pag. 99. seu post Libr. 1.

- Operationes Chymicæ principales duæ sunt:
  - Solutio, quando corpus, in tria principia, sal, sulphur, mercurium, recluditur, quæ duplex:
    - Calcinatio, quæ est corporis in calcem solutio fitque
      - Corrosione, quæ est calcinatio misti per res corrosiuas: fitque
        - Amalgamatione, quæ est corrosio metalli per mercurium:
        - Præcipitatione, quæ fit per aquas fortes:
        - Stratificatione, quæ etiam cementatio dicitur. Estque corrosio metalli per pulueres corrosiuos, faciendo stratum super stratum: cui affinis est commixtio, quando corpus corrodendum cum pulueribus corrosiuis commiscetur.
        - Fumigatione per fumum Mercurij vel Saturni, per aquas fortes, acetum.
      - Ignitione, quæ calcinatio per ignem, estque
        - Cinefactio, seu redactio in cineres, fit igne violentiore, & est corporum vegatabilium & animalium:
        - Reuerberatio, quæ est calcinatio in furno reuerberij igne viuo.
        - Huc pertinet desiccatio humiditatis natiuæ, vt in sale, vitriolo, alumine.
    - Extractio, quādo partes mixti subtiliores à crassioribus separantur; Estq; sic dicta vel
      - Generaliter, fitqu
        - Ascensione, estque
          - Sicca, sublimatio seu partium subtiliorum siccarum in sublime eleuatio:
          - Humida, destillatio seu partium humidarum in halitus extenuatio atque eleuatio, quę est vel
            - Recta, quę fit per alembicum aut vesicam: Huc pertinet
              - Rectificatio
              - Cohobatio, quæ est repetita destillatio.
            - Obliqua, quæ fit per retortam.
        - Descēsione estq;
          - Calida;
          - Frigida, quæ
            - Filtratio per
              - Tritorium:
              - Chartam emporeticam:
              - Manicam Hippocratis:
              - Laciniam.
            - Deliquium.
        - Modo intermedio, estq;
          - Digestio, quæ etiam Maceratio dicitur, fitque, quando res calore digestiuo, vt cibi in ventriculo, coquuntur seu maturantur.
          - Putrefactio, quando mistum per putrefactionem naturalem, humore siccum terminans vincente, & externo calore fortiùs operante, quàm internus, resoluitur.
          - Circulatio, quæ est liquoris ab Elementis depurati in pelicano per varias circumuolutiones aut rotationes, quibus impuritates residuę prorsus aufferuntur, in gradum prestantiorem conuersio siue exaltatio.
          - Huc refertur Fermentatio, quę est exaltatio rei in substantia, per quam, mediante digestione, calor agens exsuperat, inque naturam suam vertit patiens.
      - Specialiter quando è mixto partes subtiliores & nobiliores à menstruo aliquo apprehensę, elementari crassitie relicta in fundo, extrahuntur.
  - Coagulatio, quæ fit
    - Exhalatione, seu Euaporatione:
    - Coctione:
    - Congelatione:
    - Fixatione: quæ fit vel
      - Medicinæ fixæ additione:
      - Misturis:
      - Sublimationibus sępe repetitis:
      - Clementis & cęteris pro cuiusque rei natura: